

Der liber constructionis monasterii ad s. Blasium.

89

litate ordinis et coenobii, intelligentesque, quod non possent stare sub regimine prioris, communi deliberatione habita, quia abbas maioris auctoritatis et dignitatis est quam prior, elegerunt Beringerum virum multae sanctitatis in abbatem. Qui eandem morum gravitatem, vitaeque austeritatem, quam prius habebat, servavit; frequenter enim sedebat cum fratribus in claustro ad lectionem. Acta sunt autem haec temporibus\* Agapiti papae, sancto Udalrico episcopo praesidente ecclesiae Augustensi, sancto vero Cōnrado<sup>1</sup> episcopo praesidente ecclesiae Constantiensi, qui etiam eundem Beringerum in abbatem benedixit et confirmavit\*\*. Et quia abbatiā habere debet xenodochium, praefatus Reginbertus beatus reparavit ruinam ecclesiae praefatam de suis bonis, aedificans vetus monasterium ordinansque ex eisdem bonis suis eleemosynas dandas pauperibus [in ?] xenodochio. Xenodochium, id est habitatio peregrinorum sive pauperum vel infirmorum et hoc ergo, ut conventus absque molestia consistat quietus<sup>3</sup>.

3. Deinde profectus est<sup>4</sup> ad imperatorem, dominum suum, sibi multum gratiosum, apud quem emeritus erat, ad impetranda privilegia coenobio. A quo honorifice et benigne susceptus tam propter suam probitatem in militia saeculari, quam propter suam devotionem ad deum. Per omnia satisfacit petitioni ipsius tribuens coenobio nostro spatia seu possessiones terrarum per terminos definitos, secundum quod describitur in litteris imperialibus, roboratis sive confirmatis sigillo suae im-

perialis maiestatis.....<sup>1</sup>. Imperator tamen, cum didicisset\* ab incolis situm silvae atque asperitatem montium, sive laboriosam inhabitationem illorum finium, annuit petitioni suae tribuens ei privilegia, ut praefatum est. Et sic reversus est beatus [fol. 7<sup>b</sup>] Reginbertus ab imperatore cum gaudio ad monasterium suum, deferens impetrata ad abbatem et fratres suos; fidelis procurator et fundator monasterii.

4. [994 ?]\*\* Quadam die venatores praedicti Othonis venerunt cum canibus ad monasterium, cumque importuni nimis essent abbati et fratribus, dissolutosque gestus ostenderent, ponentes canes suos in oratorium, nondum perfectum, Beringerus abbas preces ad deum fudit, et canes venatorum universi adeo incurvali sive contracti sunt, quod vix tardo gressu abire possent. Quod cum venatores retulissent, accusantes abbatem et conventum apud caesarem, beatus Reginbertus comperto eo, accedens ad imperatorem narravit ei omnia per ordinem. Quibus auditis imperator mandavit venatoribus, ne de caetero molestarent monasterium. In illis enim temporibus imperator habebat hospitium sive domum venatoriam in loco, ubi nunc constructum est oppidum Walzhuet, vicinum huic loco. Et sic cum gaudio construxerunt et perfecerunt monasterium.

5. [1036.]\*\*\* Dedicatumque est a Gamenaldo episcopo Constantiensi sub anno domini millesimo tricesimo sexto, decimo septimo kalendas Octobris [15. September], in

<sup>1</sup> so prima m. Cunrado sec. m. <sup>2</sup> fehlt. <sup>3</sup> dieser Satz scheint aus einer Randverfälschung der alten Hs. in den Text gekommen zu sein. <sup>4</sup> scil. Reginbertus.

\* Herrgotts Randnote: Non video, quomodo hic sibi constet auctor, cum pag. 19 (lib. II. cap. 6) fateatur, anno 1045 Beringerum obijisse, quem in abbatiā dignitate centenarium attingisse oporteret. Hoc advertens Casparus abbas eum anno 964 fati cessione somniavit, contra hunc anonymum, qui tamen dissertis verbis annum obitus tradit. Si duos Reginbertos statuisset, omnia in salvo fuissent. Hugo Schimidt schriebe de duobus Reginbertis, darauf bezieht sich Herrgott. Willperz Ansicht hierüber siehe bei Kettenacker tabulae fundatorum p. 5. Die Ansicht Kettenackers folgt in den Zusätzen. Es waren um die Mitte des 10. Jahrh. zwei Zellen, die s. Blasii oder ad Albam und die Reginberts zu einem Priorate vereinigt worden und erhielten den Namen S. Blasien. Man nannte S. Blasien, wie der Annalista Saxo a. a. 962 sagt, allerdings schon abbatiā, das wurde es aber erst 1086.

\*\* Paph Agapetus II. regierte vom April 946 bis November 955; der hl. Ulrich war von 923 bis 4. Juni 973 Bischof von Augsburg und Conrad I. in Constanz von 935 bis 26. Nov. 976. Somit wurde dies Kloster constituir mit der Regel St. Benedictus unter einem Prior 950—55.

Quellensammlung, IV.

<sup>1</sup> Note von Herrgotts Hand: hic quatuor desunt lineae, quae sunt penitus erasae.

\* Diese Stelle: cum didicisset imperator ab incolis ist auch, wie Gerbert sagt, ein Schlüssel. Otto III. kam zum ersten Male in die Nähe von St. Blasien 988, als er 12. bis 22. October in Constanz war. Otto II. kam sicher nachgewiesen nur einmal im August 972 in diese Gegend (St. Gallen und Reichenau), Otto I. aber schon 952 (1. März in Zürich). Dieses scheint meine Vermuthung, daß von Otto III. die Rede ist, zu bestätigen.

\*\* Mit M. Gerbert machje dazu folgende Bemerkung: Probe spectanda est haec pagina seu clavis huius anonymi, qui passim et ubique libro hoc secundo confundit saeculum X. et XI, hic autem omino manifeste et aperta sententia ac verbis. — Martinus abbas. Nimmt man an, die Jagden des Kaisers Otto III. hätten, als er sich vom 28. Nov. bis 29. December 994 in Sasbach am Kaiserstuhl aufhielt, stattgehabt, so lassen sich einige Widersprüche lösen. K. Fr. Stumpf, „Die Reichszanzer“ II. S. 88 und Giesebrecht, Die deutsche Kaiserzeit, verwechseln stets Sasbach am Kaiserstuhl mit Sasbach bei Achern. In ersterem Orte waren Reichsgüter und eine königliche Villa, und hier waren die Weinberge, die Otto III. seinem Erzieher Gerbert schenkte. Reginbert, 962 gestorben, war damals nicht mehr am Leben, aber Beringer, gestorben 1045, konnte 994 schon in St. Blasien gelebt haben.

\*\*\* Auf dem Rande von Meyers Hand: dedicatio monasterii anno 1036.